

quod Nicolaus. 5. & Sextus. 4. concesserant.  
Et insuper declarauit, quod licet audire Con-  
fessiones secularium non possint, nisi in supra  
dictis brevibus nominati; ministrare tamen  
Sacramentum Eucharistie [tempore concessio-]  
possit quilibet Sacerdos Religionis. Et in co-  
qdicitur [vbi supra] de die Resurrectionis,  
declarauit, quod possint ministrare Sacramen-  
tum Eucharistie in die quo celebratur festum  
Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi  
domitaxat, sine Rectoris parochialis, aut Di-  
cesani licentia.

¶ Iulius 2. concessit Fratribus Ordinis  
Minimorum, ut in Ecclesijs suis quoties opus  
fuerit possint ministrare & ministrari facere  
Sacramentum Eucharistie curialibus, merca-  
toribus, peregrinis, & transiuntibus, ac alijs,  
quibuscumque personis. Ex Compen. nu. 12.

¶ Eugenius 4. declarauit optime iuri sa-  
tisfactum esse, & Canoni seu decretali. Om-  
nis utriusque sexus, si in Hebdomada sancta,  
vel infra octauam Pasche Resurrectionis Do-  
minice [secundum meliorem dispositionem  
conscientie, & aptiorem mentis devotionem]  
fideles Sacro Santum Sacramentum Eucharistie  
accipiant. Et idem concessit Oraculo viue vocis.

P p 3 ¶ Idem